

- 2o. *Quid de singulis in casu putandum?*
- 3o. *Quonodo cum Vitale sese gerere debeat.*

CONFÉRENCE DU MOIS D'OCTOBRE.

Vir mercator, cui filii tres erant, alterum ad studia alebat; alterum, publico eidem officio comparato, domo egredi sinuit; tertio apud se manente suis negotiis gerendis adjutore nititur. Adolescens nulli pavebat labori ut patri satisfaceret, et tanta commendabatur iudnstria, ut plurima familie negotia ejus curae comitterentur. Interim in paterua domo ad vitæ commoditates nihil ei decerat. Vcrum eum videret patrem saepe ad primum, vestibus et libris emendis, ingenitem pecuniam mittere, quam famen lndis ille insumebat, et alteri callide et falso pauperem se dictitanti, ingentia munera dare, de sua conditione et labore conqueri ceperit. Et ob reverentiam erga patrem veritus aliquam compeusationem expostulare, quedam luca sibi occulte reservavit quibus officinam ad specialia negotia pertractanda, sine illorum quæ ad familiam pertinebant detrimento, suo nomine inscriptam comparavit. Interea pater intestatus obiit et, omnium bonorum inventario condito, primus et alter ex fratribus hujusmodi officinam conferri jubent. Ille reensat. Hinc dissensiones et jurgia. Et eum parati fuerint in foro sistere, amicus quidam eos hortatus est, ut pii doctique viri judicio juxta conscientie regulas reu componerent. Cousultus theologus apud se querit:

- 1o. *Quorumnam bonorum dominium habeant filii: familias?*
- 2o. *Quanam a patre habita filii:familias in hereditatem conferre debeant?*
- 3o. *Quid in casu?*

QUESTION SECONDAIRE.

Caia innlier olim matrimonium eum Titio contraxit tempore prohibito cum legitima dispensatione, nec unquam curavit de recipienda benedictione solemni nuptiarum. Mortuo Titio, aliquandiu in meretricio publico vixit, sed postea facti penitens, per plnres annos scandalum reparavit in pia domo *Boni Pastoris*, et iuste a Crisplo in matrimonium petitur. Hinc parochus querit:

- 1o. *An debeat cum fortiter increpare quod neglexerit recipere benedictionem solemnum?*
- 2o. *An possit et debeat nunc celebrare missam pro spouso et sponsa et dare benedictionem solemnum?*